260
153a

Viro

ſumme Venerabili et Doctiſſimo

Henrico Philippo Conrado Henke,

Theologiae et Philoſophiae Doctori, Conſiſtorii Eccle-
ſiaſtici Guelpherbytani Propraeſidi, Abbati Regio-
lotharienſi, Profeſſori Theologiae publico primario,
Seminarii Theologici Directori, Eccleſiarum et
Scholarum per dioeceſin Schoeningenſem Anti-
ſtiti generali, Academiae Scientiarum Regiae
Bavaricae, et aliarum Societatum literariarum

Collegae,

eminenti dignitate fulgentiſſimo,
de literarum honore et cultu egregie merenti,
Maecenati atque praeceptori ſuo pie deve-
nerando,

Odam hanc dicat atque conſecrat

Joannes Daniel Wernerus Pollmann,

Philoſophiae Doctor, Soc. teut. Helmſtad. Sod. hon., nec non
Miniſterii Mindenſis Candidatus.

Abbatis reverendi canere audeas,
Muſa, nomen et haec inclyta merita,
Totus quae populus novit amatque Dux,
Doctus laudibus extollere nititur?
O ſubſiste levis! Grandia non vales
Parvo dicere cantus modulamine.
Mentem tu potius percelebra Henkii,
Fautoriſque animum quam meritiſſimi,
Qui, cum lux et honos atque decus ſui
Sit aevi, patris inſtar ſimul excipit,
Cui fulcimina quaerunt et opem ſuam.
Parcus voce quidem eſt pollicitator; at
Fidus religioſuſque fidem ſtudet
Sacram ſolvere, prolixior actibus.
Parcarum regimen ſi quod; Ei neant

Filamenta diu, vitaque longa ſit
Felix! Efficiet provida Numinis
Cura hoc, quae potior fata hominum regit.
Vertens annus Ei ſemina ſpargito
Longae proſperitatisque novae! Diu
Florens Ipſe ſiet, floreat et domus!
Et me nunc reducem, ſpesque doloſa quem
Illuſit bene, patrocinio tegat! —

Dab. Lübbecae in Principatu Mindenſi, Calendis Januariis ipſis, a. Chr.
CIↃIↃCCCIIII.